204. 19. C. 14 4

Digitized by Google

204 19 C 14

DEIPARÆ PATROCINIUM,

De ſpe ſcilicet, quam unuſquiſque debet habere Interceſſione Beatiſſimæ MARIÆ Virginis Divinum in morte Judicem experiendi propitium,

CARMEN ELEGIACUM,

Eminentiſſimo Reverendiſſimoque Principi D.

DOMINO

ANTONIO FRANCISCO

S. R. E. CARDINALI

SANVITALIS

URBINATENSIUM ARCHIEPISCOPO

NUNCUPATUM.

Si criminum immanitate turbatus, conſcientiæ fœditate confuſus, Judicii horrore perterritus, barathro incipias abſorberi juſtitiæ, deſperationis abyſſo, cogita Mariam. Bern.Hom.ſup.Miſs.eſt, circa fin.



ROMÆ, Typis Georgii Plachi 1712. *Superiorum facultate.*

Eminentiſſimo, Reverendiſſimoque Principi D.

DOMINO

ANTONIO FRANCISCO
S. R. E. CARDINALI
SANVITALIS
URBINATENSIUM ARCHIEPISCOPO

MARCUS ANTONIUS GUIGUES *Acolytus Gallicus*

Beatiſſimæ Mariæ Virginis Patrocinium, & de Spiritus Sancti ſemper gaudere conſolatione.

S*I quid ſit, quod Chriſtiano pectori timorem incutere poſſit, aut debeat, EMINENTISSIME, AC REVERENDISS. PRINCEPS, uniuſcujuſque eſt, peccatorum in morte coram Divino Judice trutinatio. Tantæ ſiquidem perfectionis, & ſanctitatis eſt vita, quã ducere debet Chriſtiano nomine Inſignitus, ut nemo ſit, quantumvis nulla gravi palleſcens culpâ, ſuoque ſemper functus, & fungens officio, qui ſalutem ſuam cum timore, & tremore operari non debeat, quique in hæc Apoſtoli verba*
1.Cor.4.3.& 4. *identidem non teneatur erumpere*: Mihi autem pro minimo eſt ut à vobis judicer, aut ab humano die: ſed neque me ipſum judico. Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc juſtificatus ſum; qui autem judicat me, Dominus eſt. *Hujuſce ſalutiferi timoris imagine ſummo Dei favore commoti, quotquot Thebaidis, aliorumque ubique locorum Deſerta pœnitentiam agentes incoluere, eò tandem rigoris, & piæ, ſic dicam, crudelitatis erga ſe ſunt adducti, ut in Infernum viventes ſæpiſſimè cùm deſcenderent, annoſque ſemper in mente haberent æternos, ea præſtiterint, ut quæ de eorum Vita ab Auctoribus fide dignis, omnique exceptione majoribus referuntur, Avium terricula, mera ſomnia, & aniles quaſi fabulæ reputentur. Felices pariter illi Athletæ, qui ab Impiis in deriſum habebantur, & in ſimilitudinem improperii, quorumque vita æſtimabatur inſania, & finis ſine honore; ideò non fecerunt animam ſuam pretioſiorem quàm ſe, quia judicium Domini juſtè metuentes, ſcienteſque horrendum eſſe in manus incidere Dei viventis, ſatiùs duxerunt Stolas ſuas lavare in Sanguine Agni, & ita poſt mortem inter Dei computari Filios, ac inter Sanctos habere ſortem, quàm ſine meritis, aut cum parvi momenti, ſeu nullius valoris operibus Divini Judicis ſubire ſententiam, ab omnibus aliis, qui Martyrio non ſunt coronati jure timendam. Hæc, & alia id genus, EMINENTISSIME, AC REVEREN-*

Digitized by Google

REVERENDISSIME PRINCEPS, *omnium excitare debent admiratio-
nem, & plauſus, non tamen ejuſdem Judicis cuncta ſtrictè diſcuſſuri, ita
terrere nos debet juſtitia, ut de illius ſit deſperandum miſericordia. Cùm
enim noſtram ex illibata Virgine ſumſerit formam, eamque in perpe-
tuas ſit retenturus æternitates, Frater noſter eſt, facillimeque ab ea flecti
poteſt, quæ illius Mater, noſtra Soror dicitur, & Advocata. Accedit,
quòd Judex iſte, qui Dux, & noſter eſt Frater, cuique Pater omne de-
dit judicium, pro nobis etiam eſt crucifixus: omnium ſine ulla prorsùs
diſtinctione ſalutem ſua morte eſt operatus, noſque à Dæmonis ſervitute,
quam poſteà in altum aſcendens duxit captivam, redimere dignatus eſt.
Nihil itaque deſperandum tali Duce, & Auſpice noſtro; quia cùm apud
eum propitiatio, miſericordia ſit, & copioſa redemptio, illis ſemper re-
miſſionis exhibet gratiam, qui ad ſe reverſi priùs relinquunt peccata,
quàm ab ipſis derelinquantur, digniſque pœnitentiæ fructibus Divinæ
juſtitiæ conantes pro viribus ſatisfacere, interceſſione præſertim Beatiſ-
ſimæ Mariæ Virginis ſedulò curant, ut Divinæ citò eos anticipent mi-
ſericordiæ, illorumque anima jugi bonorum operum exercitatione meri-
tis plena, Juſtorum tandem morte mori mereatur. Tanta autem eſt me-
moratæ jam Virginis apud Deum potentia, ſicque eſt de ſuorum ſalute
Famulorum ſollicita, ut nedum Janua, verùm etiam Cęli facta Feneſtra,
ſecurus ſemper è vivis excedat, qui Mariam maxima invocat cum fidu-
cia, illiuſque indeſinenter curat confidere patrocinio; audeo enim dicere,*
Fiat *Mariæ Virginis majus eſſe aliquo modo quàm* Fiat *Dei: quando-
quidem ex Dei* Fiat *factum eſt Cęlum, facta eſt Terra;* Fiat *autem Mariæ
Virginis, nō quidem quoad modum, ſed tantùm quoad terminum, unionem
hypoſtaticam Verbi cum humana natura eſt operatum. Et ſi mihi licitum
fuerit iiſdem uti verbis, quibus Divus Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſco-
pus Deiparę Virginis extulit excellentiam, & patrocinium:* Velocior eſt
nonnunquam ſalus memorato Nomine Mariæ, quàm invocato No- **Anſel. de Excell. Virg. c. 5.**
mine Domini Jeſu. *Hinc meritò Virgo Potens cognominatur, cùm plus
ſuis apud Deum precibus ſola poſſit, quàm unquam tota potuerit, & poſ-
ſit Curia Cęleſtis. Quin etiam nullam in hac lacrymarum Valle degenti-
bus Deus impertitur gratiam, quę per manus Divinę Gratię Matris,
Cauſęque noſtrę lętitię, tanquam per canalem ad illos non ſit deducta;
& ideò cùm ſciat, ac veluti digito tangat, quòd Deus,* cujus miſeretur, **Aug. lib. 1. ad**
ſic eum vocat quomodò ſcit ei congruere, ut vocatum non reſpuat, **Simpl. qu. 2.**
*Famulos prę̨ſertim ſuos, quos efficaciter ſemper protegit, & horà mortis
ſuſcipere recordatur, in talibus poni curat diſpoſitionibus, ut licèt abſo-
lutè Dei poſſint reſiſtere voluntati, non tamen reſiſtunt, ſeque potiùs in
Patriam velut Oves ad paſcua, ſuaviter, fortiterque ſinunt deduci per-
petuas ſuo Benefactori, ſuęque Benefactrici gratias pro acceptis in via
beneficiis rependere non deſtituri. Plura de tantę Virginis Patrocinio,
atque Potentia poſſem, EMINENTISSIME, AC REVEREN-
DISSIME PRINCEPS, hic fuſiori calamo exarare: ſed cùm multa
alia in ſequenti Carmine Elegiaco attigerim, quę Fidelium pietatem,
ac devotionem erga ipſam aliquatenùs adhuc poſſunt augere; ſpero fore ut
hęc omnia tantò benigniùs excipiat EMINENTIA TVA, quantò
ſatis omnibus patet Te eſſe Deiparę devotiſſimum, illiuſque ſub Clientela
vitam jamdiu inſtituiſſe, quę peculiarem humanitatem, ac morum ſua-
vitatem habens comites, Tibi omnium ubique Populorum admirationem,
corda, & plauſus ita devinxit, ut quacumque eminentiori Dignitate
meritò dignus à longo tempore jam reputatus, in ea quam nunc poſſides*

 Te

Digitized by Google

Te juſtè collocandum eſſe omnes exiſtimarent, antequàm ipſam ab eo qui ſolus in Terris hujuſmodi imponere poteſt ſarcinam accepiſſes, magno tamen incitamento, parique Tibi ſolatio eſſe debet Tui ipſius Angelicis etiam humeris formidanda in Collegium Apoſtolicum aggregatio, utpotè facta ab eo totius Eccleſię Moderatore, qui ideò omni laude cenſetur major, quia non ſolùm inter alias Animi dotes, quibus proborum omnium factus eſt Titus, ſeu delitię, Pietate, Prudentià, Doctrinà, & Eloquentià non ſecùs, ac Dignitate cęteris prçeſt Hominibus, ſed qnia difficultates, & pericula, quibus ſe in dies expoſitum Chriſti Vicarius experitur agnoſcens, ſuæ diu reſtitit vocationi, vixque tandem Eligentium omnium, ac aliorum plurimorum notæ pietatis, atque Doctrinæ Theologorum ſuaſionibus adduci potuit, ut Divinæ morem gereret voluntati, electuſque invitus, in Petri Cathedra collocaretur aſſentiens. Æqui igitur, bonique facias, EMINENTISSIME, AC REVERENDISSIME PRINCEPS, quæ hìc Tibi perlegenda propono, & ſi quid ſit, quod ab Ingenii tui mira ſagacitate minùs inveniatur habens, meminerit, quęſo, EMINENTIA TVA, haſce ingenioli mei elucubrationes, quęcumque ſint, opus eſſe infeliciſſimi Cęci, variis infirmitatibus velut oppreſſi, qui ſic meritò cum Tobia conqueri poteſt, quòd nullius prorsùs capax ſit gaudii, cùm Cęli lumen non videat, ut manu Domini tactus, ſuiſque ab omnibus turpiter derelictus Amicis, in Job hęc erumpere verba non audeat: Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos Amici mei, quia manus Domini tetigit me; *ſed cum Regio Propheta cogatur identidem exclamare:* Omues declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. *A ſola enim innata regnantis Summi Pontificis munificentia, quod tantùm de Altari legitimè retinere poſſunt Eccleſiaſtici, neceſſarium ſcilicet victum, ac ſimplicem veſtitum recipio, & in ære conſequenter non habeo quo poſſim mihi Socium adjungere, qui mihi legenda legat, vel ſcribat ſcribenda, ſicque tandem eò ſum infelicitatis adductus, ut vix invenire poſſim qui ſcribat quæ typis edere debeo, ut me hoc modo identidem in eorum renovem recordatione, qui mihi eſſe poſſunt auxilio in bajulanda Cruce, quà à triginta quatuor circiter menſibus, à quibus viſum perdidi, oneratum me ſentio; tuæ igitur mihi ſat notæ Pietatis erit, hujuſmodi Cæco favere, & quantùm tibi fuerit deſuper datum ſententiæ in Valle Joſaphat à ſupremo Judice ferendæ non immemor, Tibi eodem tempore perſuaſum velis, quòd nulla re propiùs ad Deum accedimus, quàm beneficentià, quòdque in die illa, quam Eccleſia vocat* diem iræ, calamitatis, & miſeriæ, diem magnam, & amaram valde, *cęteris Peccatorum diſcuſſionibus prorsùs omiſſis, ſecundùm miſericordiæ tantùm opera, quæ unuſquiſque in hoc exilio exercuerit, vel neglexerit, judicabitur. Huic Fidei noſtræ articulo luce meridianà clariori in Evangelio, ſi EMINENTIA TVA, reverà, ut non ambigo, conſtanter adhęſerit, nedum oleum non perdam & operam, ut mihi procul dubio contingeret, ſi litteraturę nullius Homini hoc Opuſculum nuncuparem: verùm etiam ſat citò mihi factus Mecænas, tuo me apud omnium ritè credentium Patrem, & Magiſtrum in Terris viſibilem, potentiſſimo patrocinio, ut ſupplex expoſtulo, confovebis; meque Tibi Famulum pro aris, & focis devinctum, nec non tuæ, tum erga Deum, tum erga Beatiſſimam Mariam Virginem, & Proximum Pietati, & Charitati veraciter confidentem perpetua defenſione non dedignaberis conſervare.*

Romæ 4. Nonas Octobris 1711.

Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen Cęli non video. *Tob.* 5.12.

Job. 19.21.

Pſal. 13.4.

Quicquid præter neceſſarium victũ, & ſimplicem veſtitũ de Altari retines, tuum nõ eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt. *Bern. Epiſt.* 2.

Sec. mentem S. Greg. Naz. & S. Leon. Pap.

Matth. 25.34. & ſeqq.

Digitized by Google

CARMEN ELEGIACUM.

COntra vim mortis non ſunt quæ pharmaca proſint;
Seriùs, aut citiùs mors ſua quemque manet.
Æqua mors lege inſignes ſortitur & imos,
Urna capax tandem nomina quæque movet.
Meta quidem datur hæc nobis, ſic omnibus una,
Huc ut eant Juvenes, huc properentque Senes.
Funereum mors cuique ſuum rotat atra flagellum,
Verberibuſque ſuis ſævit ubique nimis.
Mille modis ſemper cunctos mors ſola fatigat,
Omnibus impatiens injicit ipſa manus.
Jus rigidum ſimul eſt, & inevitabile mortis,
Legibus ut ſubdat cuncta creata ſuis.
Magnatum pede nam turres, Inopumque tabernas
Pulſat, & à cunctis jure timenda venit.
Scilicet ipſa ruit totum furibunda per Orbem,
Semper & indomitis cæca triumphat equis.
Exitii modus & vitæ non omnibus unus,
His tamen eſt eadem mortis ubique via.
Incipit ille mori qui vivens inchoat eſſe,
Utpotè quòd vita eſt ſemper origo necis.
Lethi calcat iter qui Matris creſcit in alvo,
Hic ubi vita fluit, mors quoque ſæva latet.
Umbra velut ſemper corpus comitatur opacum,
Sic comitem vitæ cernimus eſſe necem;
Et veluti luci tenebras ſuccedere palpo,
Mors ita fit vitæ ſemper ubique ſequax.
Lex data pro vita, jus eſt quo morte perimus;
Sufficit ut vivas, ut moriaris adhuc.
Vita quidem morti ſociali fœdere vincta,
Huic, invita licèt, cedit ubique locum.
Omnis homo naſcens infelix jure vocatur,
Singula ſunt illi nuncia dira necis;

Digitized by Google

Et niſi fallacis Mundi ſolamina ſpernat,
Poſt obitum præceps Tartara in ima ruit.
In gremio Matris nec non egreſſus ab illo,
Semina mortis habens, fata ſiniſtra ſubit;
Et velit, aut nolit, quâ nondum computat horâ,
Huic ſcandenda venit publica cymba Senis.
Lanificas tres nemo poteſt placare Sorores;
Obſervare volunt quos ſtatuêre dies;
Utque ſatis liquidò teſtatur Pagina Sacra,
Debet quiſque ſemel mortis inire vias.
Invida mors ſemper propria ſe falce trucidat;
Non iterum reſecat prata reſecta ſemel;
A ſibi quæ noceant cùm neſciat ipſa cavere,
Quot mala fert aliis, tot ſibi damna parit;
Temporis, & tractu cum falci ſingula ſubdat,
Morte hominum tandem mors erit ipſa nihil.
Felix intereà qui mortis territus umbrâ,
Juſtitiæ ad Solem currere ſemper amat;
Quique Creatoris feliciter omine gaudens,
Ex nihilo mortis pertrahit omne bonum.
Pertrahit omne bonum, cui mors eſt altera vita;
Quique vel in media vivere morte poteſt:
Mors etenim multis vitæ melioris origo;
Hac ſibi ad Aſtra viam Juſtus ubique parat;
Nec niſi quem Chriſti puduit ſe dicere Servum,
Æternam requiem perdere morte timet.
Dum tamen hæc meditor, mortis me terret imago,
Et velut eſt funus funeris iſte metus.
Circum me ſtantes mortis nam cerno dolores;
Me ſimul Inferni dira pericla premunt;
Semper & expectans venturi Judicis horam,
Fit mihi mors citior quò magè ſera venit.
Hinc meritò factus tanquam ſine lumine Talpa,
In tenebris vitæ defleo geſta meæ;
Et mihi quemque diem reputans lucere ſupremum,
Ut ſonitu extremæ terreor indè tubæ;

Non

Digitized by Google

Non quia terrificis implet clangoribus aures,
Sed quia me in vallem Joſaphat ire jubet,
Meque velut Furiis agitatum ſemper avernis,
Expectare monet quæ mea facta merent.
Ingenium mala ſi moveant, quid jure requiram,
His velut oppreſſus ſemper ubique malis?
Præbet opem feſſis non raró ſuccus amarus,
Dum mihi ſic feſſo pharmaca cuncta nocent;
Et licèt hæc patiar, quæ ſi deſcribere coner,
Vix inter paucos ſint habitura fidem,
Non datur ut quiſquam factus pietatis amicus,
In mihi quæ faveant non ſit habendus iners;
Quique laboranti ſtatuens ſuccurrere cymbæ,
Nolit amicitiæ terga dediſſe meæ:
Sed mea quid faciam cùm Parcæ ſtamina rumpent?
Neſcio quò fatis tunc trahar ipſe meis.
Quocunque aſpiciam, ſic creſcit cauſa timoris,
Mentis ut hinc vires auferat ipſe timor.
Namque ita ſum fixus peccati in imagine pœnæ,
Ut quaſi deſperem flectere poſſe Deum;
Et poſtliminii mea ſpes niſi iure reſurgat,
Hac magè quàm deceat nunc careoque Fide;
Inque dies magis hæc metuens quæ jure timenda,
Non datur ut placida mente quietus eam.
Fulmina perpetuò mihi Cælum dira minatur,
Quæ ſimul æternæ ſint mihi cauſa necis;
Quæque reis multis cùm fiant debita pœna,
Juſtitiam narrant hìc & ubique Dei.
Ante meos oculos ita ſemper Terra dehiſcit,
Ut mihi tartareos pandat utrinque ſinus;
Et ſuper, & ſubter, vel cominùs, eminùs inſtar
Non niſi quæ timeam mente videre queo.
Expirans Stephanus Cælos conſpexit apertos,
Quòdque Dei à dextris ſtans quoque Chriſtus erat:
Aſt ego dum moriar palleſcens undique culpis,
Quid niſi tartareos jure videbo lacus?

Quid niſi, qui factis temnentes Cælica juſſa,
Nunc meritò pœnas quas meruêre luunt?
Horrida non ſemper calcavi limina ſpinis;
Sæpiùs & placuit florida quæque via;
Delicioſus enim Miles ſum cognitus alter
Sub Duce, cui ſentes conterebrare caput;
Et Crucis oblatæ mihi pondera ſemper abhorrens,
Huic volui nunquam ſubdere colla jugo.
Exhibuit mihi ſæpè Deus medicamina tuta:
Sed ſuper his ſemper nauſea facta mihi eſt;
Quodque aliis vitæ melioris cauſa fuiſſet,
Id mihi lethalis ſortis origo fuit;
Nam factis Medico viſus quaſi terga dediſſe,
Illius ex monitis pejor ubique fui;
Sæpèque multiplicans malefactis debita facta,
Non ſum ſolvendo denique factus Homo.
Hinc mea luxuries per plurima prata cucurrit,
Hincque roſæ capitis ſerta fuere mei;
Nec ſatis expertus pede claudo incedere pœnam,
Per vetitas ſtudui currere ſæpè vias.
Hactenus & quamvis fractus jam corruat Orbis,
Impavidum feriit quæque ruina caput;
Et quaſi ſit virtus vetitis extendere famam,
Talia patravi, quæ meminiſſe pudet.
Conſcius indè mihi perpendo Judicis iram,
Et pia, quæ Pauli pondero verba notant;
Quæ mihi cùm certi quaſi ſint prænuncia damni,
Affligunt animam, ſpem minuuntque meam;
Singula ſicque meæ conturbant tempora vitæ,
Ut vèlut in præceps undique ſæpè trahar.
Dum clarè ſibi nil Paulus conſcire fatetur,
Judicium Domini jure ſubire timet;
Sit, licèt ad tempus, Civis reputatus Olympi,
Sæpè tamen ſtygias mente revolvit aquas;
Pro nihilo & ſecum reputans quæ mira peregit,
Si ſit vera loquens, Servus inanis erit.

Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc juſtificatus ſum, qui autem judicat me, Dominus eſt. 1. Cor. 4. 4.

Aſt

Aſt ego qui nunquam ſine quodam crimine vixi,
Quâ non lethifera debeo ſorte premi?
Infauſtam mihi portendunt jam ſingula mortem;
Quicquid in exitium tendere cerno meum;
Nec quaſi ſufficiat nova Crux, quam ſemper adoro,
Ad graviora ſatus; nocte, dieque gemo.
Nam reus ipſe reis neque pluribus agnitus impar,
Me meritò multis debita pœna manet;
Et niſi ſat citrà condignum denique plectar,
Sat citò tartarei præda Draconis ero.
Hæc temerè dixi, mihi ſpes non dêmta ſalutis,
Nonque deeſt Abrahæ nunc mihi firma fides.
In ſpem cuique datur ſpem contra credere ſemper;
Hæc ſperare decet, quæ Deus ipſe jubet:
Et niſi quis Fidei pia noſtræ dogmata ſpernat,
Sedibus in ſuperis ſperat habere locum.
Infernas quicumque timet ſine lumine ſedes,
In Domino ſperans, nonnè beatus erit?
Perlege Scripturas, pia ſpes eſt arrha ſalutis,
Quâ Pius, & Prudens Cælica juſſa colit,
Quâque ſuæ Fidei monumenta perennia ponens,
Divitias Cælo condere lœtus amat.
Qui Miſer eſt, ſperet; qui Dives, ſperet & ipſe,
Si memor officii vivat uterque ſui;
Nec velit infauſto culparum pondere preſſus,
In ſibi quæ noceant barbarus eſſe Faber.
In tuto eſt Pauper, patiens ſi vivere poſſit;
Dives amans Inopes ſigna ſalutis habet;
Scilicet in primo patientia Tartara vincit,
Dum facit ut Pauper Martyris inſtar eat.
Aſt alius quia cor tenerum fauſto omine nutrit,
Proximus eſt Inopi, proximus indè Deo.
Dignior & nunquam titulis reputatur Avorum,
Quàm ſibi dum Chriſti cognita Membra fovet;
Dumque bonis implens Inopes Altaria donis,
Se ſatis à Domino cuncta tenere probat.

Sub-

Digitized by Google

Subveniens Inopi Dives, quod ſperat habebit;
Sis patiens Pauper, ſpes tua certa magìs;
Dives enim quamvis factus pietatis amicus,
Sat citò quò poſſit vivere, ſemper habet.
Veſcitur at tantùm lacrymoſi pane doloris,
Quilibet impatiens, aut patienter inops.
Sic cujuſque poteſt Hominis ſpes tuta vocari,
Qui velit à vetitis abſtinuiſſe viis;
Quique citò ſibi præſcriptis prudenter adhærens,
Sit Domini factus dignus amore ſui.
Ipſe ego dum vivam, me ſpes non deſeret ipſa,
Et magè ſperabo, quò magè ſorte premar;
Votaque multiplicans quibus ipſamet Aſtra laceſſam,
Spero, quòd hinc Superos ad mea vota traham.
Nil deſperandum nobis dum vita ſuperſtes;
Mortis in articulo ſpes quoque magna juvat;
Et baculus priùs extremis erit abſque duobus,
Vivere quàm poſſim Spe ſine & abſque Fide;
Anteque Sabbatici luſtrabis Fluminis oras,
Quàm reprobi reputem ſorte perire pari.
Perfida gens ſemper, pudibundo & cannabe digna,
In quibus errat iners firma manere ſolet,
Et tenebris ſibi fas reputans involvere lucem,
Quæ magè ſunt Fidei dogmata clara, negat.
Ut Verbum ſumſiſſe neget de Virgine Carnem,
Candida quæ cernit, nigra vocanda putat;
Nam ſibi conſtituens David de ſemine Regem,
Hunc canit Hebraici Sceptra tenere Ducis;
Inque dies magìs infelix nova ſomnia fingens,
Indicet ut Regis provida Sceptra ſui,
Ridiculum prorsùs Flumen deducit ab Axe,
Quod liquidâ vacuum currere dicit aquâ,
Quodque ſui Regis claudens confinia Regni,
Efficit ut Juda Rex magè tutus eat:
Ipſa vices laticum currentia ſaxa rependunt,
Sabbatico donec ſint pia facta die.

Tunc

Tunc etenim ſilices motu removentur ab omni;
Hocque die exacto, rursùs ut ante fluunt.
Id tranare potes binis, aut circiter horis,
Dummodò Sabbatica luce fruaris adhuc;
Quâ tamen elapsâ, ſilices cùm denuò currant,
Id quoque tranandi non datur indè modus.
Perfidiæ quacumque notâ ſic cantat inuſtus,
Regis ut eludat Sceptra videre ſui.
Poſce ſub Hebraico cur negligat eſſe Monarca,
ſub Ducibus noſtris dum ſine fine gemit;
Hunc ſimul horteris memoratum quærere Flumen,
Exul ut à Patria deſinat eſſe ſua;
Aſſerit Hebræos pia Sabbata ritè colentes,
Nonniſi mente ſuum poſſe videre Ducem;
Tum quia dum currit, non eſt tranabile Flumen,
Tum quia dum ſiſtit, Sabbata ſanctificant.
Quo Rex ille tamen ſub Cælo vivere poſſit,
Ni ruat è Cælis, dicere nemo poteſt;
Et Moyſis priùs & barbam monſtrabit Aaron,
Quàm queat Hebraici Sceptra notare Ducis.
I nunc, Judaicis & poſtmodò Fide loquelis,
Si cupis in præceps te tua fata trahant;
Et tua quòd virtus totum recolenda per Orbem,
Sit minùs in pretio, quàm tua fama canit.
Nec Famulus Chriſti, neque dicitur eſſe Mariæ,
Qui favet Hebræis, hos nimiumque fovet:
Chriſtum namque negant, & Virginis inſuper hoſtes
Illius hanc nolunt Matris honore frui;
Et licèt illorum ſit ab omnibus agnitus error,
Nè videant lucem, lumina clauſa tenent.
Hebræus, ſi vera canat, dum ſomnia fingit,
Perfidiæ ut promat publica ſigna ſuæ;
Si proprium queat in Terris deſcribere Regem,
Si mihi Sabbaticum Flumen in Orbe notet;
Si lapides currant, quamvis à nemine pulſi;
Et magè ſapphyris, aut adamante micent;

Si

Digitized by Google

Si lapides etiam poſſint vel ſiſtere ſaxa ;
Sabbatico ut fiant relligioſa die ;
Judæis ibi ſi Volucris ſit ut eſca parata ,
Cùm Ducis illorum jam data Sceptra cadent ;
Et quæ dum mediis ſaxorum vivit in undis ,
Sit velut hi ſilices Sabbata ſanctificans ;
Saxoſis ſi Piſcis adhuc veſcatur in undis ,
Plurima leucarum millia longus iens ;
Quique ſimul ſiſtens , ſaxis ſiſtentibus ipſis ,
Sit velut Hebræi Sabbata ritè colens ;
Si liquidâ tandem ſalſedine ſaxa liqueſcant ,
Dum datur his primùm littus arare Maris ,
Tunc ſine ſpe vivam , moriarque alienus ab Arca ;
In qua qui vixit tutus abire ſolet ;
Etſine qua quiſquis tenebroſis obrutus undis ,
Labitur in præceps , & ſine honore perit .
Fabula Sabbaticum Flumen reputatur anilis ;
Ridiculi prorsùs nomen & omen habet .
Hoc notet Hebræus , ſi ſit mihi magnus Apollo ;
Sed quòd in hoc felix , hoc opus hic labor eſt .
Hebraica intereà deliramenta redarguens ,
Spes mea jam cœptum ſemper inibit iter ;
Et niſi Sabbaticum liceat mihi cernere Flumen ,
In Chriſto aut fidens Virgine tutus ero .
Abſit ut infauſta trepidet formidine pectus ,
Degeneres animos arguit ipſe timor ;
Et licèt iſta meis ſit ſpes indebita factis ,
Non tamen augurio fallitur indè ſuo .
Spero quidem ; ſupraque meum ſic ſurgo timorem ,
Ut mihi pro culpa ſit timuiſſe priùs .
Sim veluti ſemper ſtygiis circumdatus undis ,
Attamen in Domino ſpes mea ſemper erit :
Et licèt adversùm me ſurgant undique caſtra ,
Impavidus ſemper , mente quietus ero .
Quæ meritis nequeo mihi Chriſti morte dabuntur ;
Quique mihi Judex , carus Amicus erit :

Eſt

Eſt Hominum Frater, pro cunctis funera paſſus,
  Judiciumque potens huic Pater omne dedit:
Nec puto, quòd noſtram retinens ex Virgine formam,
  In me perdat opus, quod videt eſſe ſuum;
Nec quòd morte ſuâ qui ſolvit debita noſtra,
  Geſta velit vitæ diſcutienda meæ.
Ergo Dei nutu mea ſcindant fila Sorores,
  Judice ſub tanto mors mihi munus erit.
Factis quippe novis ſtudeo delere vetuſta;
  Et malefacta priùs defleo perpetuò.
Vivo memor mortis, memor ut ſim vivo ſalutis;
  Et pede quo cœpi ſic bene ſemper eo;
Sicque perhorreſcens ſcelerum pudibunda meorum,
  Propitium ſpero ſemper habere Deum;
Et quòd in extremis poſitus, miſerebitur ejus,
  Quem peccaſſe priùs pœnitet, atque pudet.
In Domino ſpes magna mihi nunquamque verebor,
  Nè mihi propitius deſinat eſſe Deus.
Sufficit ut ſperem, bona ſemper multa gerendo,
  Quicquid agat Sathanas, jure timebo nihil.
Nam meritò ſperans, tutum ſe ſervat ab Hoſte;
  Et Mare dum ſulcat, nulla pericla timet.
Dummodò ſpem factis foveam, non mortua fiet;
  Si tamen his careat, tunc citò inanis erit;
Et Virtute licèt videar ſtipatus amicâ,
  Sum velut in vitio merſus, & inde reus.
Vi rapitur Cælum, Violentis ergo paratur;
  Hic opus eſt factis, deſes ubique perit.
Quocirca quia ſic animæ nunc conſulo rebus,
  Hinc mihi ſpes alas addit ad Aſtra novas;
Et niſi ſpe fuero vanus reputandus Aruſpex,
  Juſtorum ſpero denique morte mori.
Hæc pia nam Virgo, quam Matrem jure vocamus,
  Tunc mihi Patrona, & provida Mater erit;
Sicque mihi fiet tunc inclyta, & optima Cuſtos,
  Ejus ut auxilio ſit mihi certa ſalus.

Fle-

Digitized by Google

Flectere ſi potuit Vetturia Coriolanum,
  Excidium Romæ dum meditatus erat,
Num citiùs flectet pia Natum Virgo Maria,
  Si putet hunc culpas plectere velle meas?
Quem genuit Deus, huic tribuit quæ ſingula poſcit;
  Irrita nam Matris reddere vota nequit,
Quæ cùm vincla Reis ſolvat dans lumina Cœcis,
  Hinc meritò Virgo dicitur eſſe Potens.
Lætitiæ noſtræ & ſimul eſt pia Cauſa ſalutis,
  Poſtque Deum noſtri firma Columna Chori.
Hæc Virgo quaſi conſurgens Aurora vocata,
  Solis Juſtitiæ nuncia cuique datur.
Pulchra ut Luna micans, ut Sol electa refulget,
  Jugiter ut nobis luceat in tenebris;
Hora nec una fluat, neque detur temporis inſtans,
  In quibus officii non ſit amica ſui.
Inde ſpei ſanctæ, Materque vocata timoris,
  Lucifugos cœtus terret ubique ſatos;
Sicque palàm nobis, velut expedit, auxiliatur,
  Ut meritò ſit Spes, noſtraque Vita, Salus.
Terribilis velut eſt Acies pugnare parata;
  Hoſtibus & noſtris ſic Inimica datur:
Hos premit, hos fugat, ac illis graviora minando,
  Inſuper his durum conterit ipſa caput.
Invocet hanc vivens peccati merſus in undis;
  Invocet hanc moriens qui timet eſſe reus:
Illius ad Solium concurrant denique cuncti,
  Qui ſibi ab æterno Judice damna timent.
Surgere qui curant ſubitò ſuccurrere geſtit,
  Eſt Elice Miſeris, eſt Cynoſura reis.
Ipſius eſt Hominum major clementia culpis;
  Diluit has ſummâ, quâ bonitate præeſt;
Et mala quæ pellens, bona nobis ſingula poſcit,
  Ad Superos tutum ſic mihi ſternet iter.
Ad nos convertens oculos pietatis amicos,
  Quàm bene ſcit Famulis ſemper adeſſe ſuis!

Pro-

Digitized by Google

Protegit hos omnes, & mortis ſuſcipit horâ;
Nec ſinit ipſorum Spes reputetur iners.
Quin etiam ſic jure Potens, Clemenſque vocatur,
Ut ſimul his faveat, quos videt eſſe reos;
Tum quia ſunt Chriſti pretioſa morte redêmti,
Tum quia cunctorum Mater, & alma Soror;
Et niſi ſponte ſuæ quis vertat terga ſaluti,
Illius auxilio denique ſalvus erit.
Pro nobis orans nunc, noſtræ & mortis in hora,
Quàm bene ſic cunctis provida præbet opem:
Ut Pullos Gallina ſuos ſubcongregat alis,
Sic proprios Famulos Virgo Maria fovet;
Filius & Matri non carior unicus extat,
Quàm Domini Matri ſit quoque noſtra ſalus.
Nil magìs huic cordi, quàm noſtræ cura ſalutis;
Hanc veluti propriam computat eſſe ſibi;
Seque velut gratam nobis oſtendere curat,
Quod ſit ab Angelicis jure colenda Choris.
Quicquid enim doceat Schola quædam cognita docta,
Quæ meritò ſemper debet honore coli,
Conjugis hortatu ſi non peccaſſet Adamus,
Virgo Dei Genitrix non foret alma ſui.
Quæ Regina Poli nunc eſt, & Fœderis Arca,
Non reliquis Natis dignior eſſet Adæ,
Et ſi ſit felix communis criminis expers,
Eſt quia nos miſeri nunc ſumus, atque rei.
Eſt igitur felix noſtrorum culpa Parentum,
Quæ redimi Chriſti Sanguine digna fuit:
Hanc ſimul addideris felicem jure vocari,
Quâ meritò felix Virgo Maria datur.
Noſtram namque Deus ſumens ex Virgine formam,
Illius ex gremio eſt poſtmodò natus Homo;
Totque modis auget propriæ Genitricis honores,
Ejus ut ad nutum cuncta petita cadant:
Progenies omnes hanc dicunt eſſe beatam,
Quæ ſimul eſt Virgo Matris honore fruens;

Digitized by Google

Et quæ noſtra Soror, Reginaque cognita Cæli;
Participes Regni nos cupit eſſe ſui.
Ut vitam præſtet puram Puriſſima Mater,
Utque paret tutum Virgo Fidelis iter,
Cor mundum creat in nobis fauſto omine ductum;
Et jubet in planas aſpera abire vias.
Poſſit ut exilium poſt hoc oſtendere Chriſtum,
Omnibus eſt Cæli Janua facta patens;
In Domini ut proprii citò gaudia Flebilis intret,
Eſt ſimul & Porta, & facta Feneſtra Poli.
Utque meos numeros venerando limite claudam;
Virginis Auſpiciis nemo perire poteſt.

Hæc, & alia id genus in ſua cæcitatis conſolationem
Romæ interdùm meditabatur
Marcus Antonius Guigues *Acolytus Gallicus.*

FINIS.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

Dominicus de Zaulis, Archiepiſcopus Theodoſiæ, Viceſgerens.

JUbente Reverendiſs. Patre Gregorio Selleri Sac. Palatii Apoſtolici Magiſtro legi *Deiparæ Patrocinium* Carmine Elegiaco expoſitum, & nihil in eo reperi, quod Sanctæ Fidei, & bonis moribus obſit. Quare typis dignum, & publica luce cenſeo, præſertim ut ſic Auctori cæco lucem reddam, quam ejuſdem ingenii laudanda fœcunditas promeretur. Romæ 27. Novembris 1711.

Franciſcus Maria Guelphus Societ. Jeſu.

IMPRIMATUR,

Fr. Gregorius Selleri, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter, Ordinis Prædicatorum.

1.000.980 BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

GLORIOSA TRADUCTIO
Humanitatis ad Thronum.

SIVE

DE CHRISTI DOMINI ASCENSIONE

ORATIO.

Habita in Sacello Pontificio

AD SANCTISSIMUM D. N.

CLEMENTEM XI.

P. O. M.

A LAURENTIO VIGILIO DE NICOLLIS

Sacerdote Nobili Tridentino SS. Theol. & I. V. D.

Anno MDCCV.

ROMÆ, Typis Georgii Plachi in Platea
Eccleſiæ S. MARCI MDCCV.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Adricom. in Deſcript. Hieruſal. Cornel. à Lap. in act. 1. 12.

Vrbem Solumodò reſpexit, allegoricè mihi liceat Olivarum ſubtrahere juga, ejuſdemq; pedibus ALBANOS ſubijcere MONTES,(arcanâ licèt ſignificatione CLEMENTIS exaltatam intelligam Humilitatem) ſuper quos ſuam celebret elevationem. Aſtrum illud, quod de ſinu Patris advenientem Regibus indicavit, poſtmodum in ſimilitudinem irradiatæ Nubis ab Apoſtolorum oculis ſuſcepit in Patriam redeuntem; nunc Arcu fœderis interpoſito, nunciet Orbi Pacem, quam tanquam amoris pignus eiſdem dedit, atque reliquit. Attamen ut Inſignia Tuæ Gentis hæc recondant Symbola, habent à Tua Virtute, quam occulta diſpoſitione, Stemmate priùs adumbratam, deindè Altiſſimus ob ſui viſibilem Rapreſentationem, ad Montem Sanctus ejus evexit. Et quia tùm celſitudine Dignitatis, tùm Veneratione virtutis, myſteria hæc Tua ſunt omnia, ad Sanctiſſimos Pedes devolutus, eadem Tuis manibus cuſtodienda depono: mea autem offero Vota Domino, qui terna fœlicitet CLEMENTEM Pontificali ætate, ut Gaudium noſtrum nemo tollat à nobis.

ORA-

Digitized by Google

ORATIO.

ITA eſt, B. P., meritò reſonat hodie in excelſis lætitiæ Sonitus, jure laudem jubilant montes Sion, & lætabunda, ac gaudens, exultat Eccleſia, quia non minor eſt hodierna feſtivitas, illa celebritate, qua ad nos de Sinu Patris geminæ Gigas ſubſtantiæ Redemptor per partum Matris advenit; illa terris Salvatorem dedit, hæc Cœlis reddidit;

1. paral. 15. 16.

Iſai. 49. 13.

S. Aug. Serm. 6. de Aſcenſ.

in

Digitized by Google

Incognit. in pſal. 17. 10. In illa nos redempturus deſcendit, in hac aſcendit
nos glorificaturus, in illa, inquam, humiliando
cæleſtia, inclinavit Cœlos, & deſcendit Verbum,
S. Aug. Serm. 7. de Aſcenſ. in hac, ubi eo naſcente Altiſſimus Pater obumbra-
vit ſua virtute Mariam, aſcendentem Filium ſuſci-
pit in nube. Nec minora ſunt hodie Miracula,
S. Leo PP. Serm. 1. de Aſcenſ. quàm munera; Verbi enim ſimul & Carnis immor-
talitas declaratur. Magnum profectò Catholicæ
Fidei Sacramentum, magnum Humanitatis Privile-
S. Aug. Serm. 1. de Aſcenſ. gium, quæ dùm morte Chriſti in Cruce victimati fuit
vivificata, Reſurectione erecta, Aſcenſione glorioſa
conſecratur. Felix Humanitas, quæ jam ante in Chri-
Cornel. à Lapide in Epiſt. ad Rom. 5. 19 ſto, & Virgine Matre ſuper omnes Angelorum Choros
exaltata; quando appropriando parieti adhæſit Ver-
S. Bernard. Serm. 56. in Cant. bum humanæ Carni, & exultans ut Gigas ad cur-
rendam viam, de Cœlo venit in Uterum, de Utero
ad Præſepe, de Præſepe in Crucem, de Cruce in
S. Gregor. homil. 29. in Evang. Sepulcrum, quando, ut ſalutem operaretur in me-
dio terræ, e Sinu Patris emiſſum (ita tamen, ut ſibi
Pſal. 73. 12. non deeſſet per id quod erat Deus) parvitatem noſtram
S. Aug. Ser. 177. de lerg. ſuſcepit, naturam nempè terrenam in unitatem Per-
ſonæ: fœlicior tamen in hac redivivo terrarum Orbi
S. Thom. part. 3. q. 57. 2. ad 2. fauſtiſſima die, ſi enim deſcendit quò inferiùs non
decuit, & deſcenſum egit fortiter, quia Dei Virtus
erat, hodiè aſcendit quò celſiùs non potuit, quia
S. Bernard. Serm. 4. de Aſcenſ. Dei ſapientia erat: aſſumpſit deſcendendo naturam,
ut naturam aſcendendo glorificaret, pretium no-
ſtrum dedit, cùm pependit in Ligno, hodie dùm
Pſal. 8. 2. aureo volatu, ellevatâ magnificentiâ ejus ſuper Cœ-
los, Humanitatem ſyderibus importat, colligit quos
S. Thom. par. 3. q. 58. 1 emit, ſedens in propria Beatitudine, quæ eſt Dextera
Patris. Huic myſticus Agnus ſtans tanquam occiſus,

non

non illam ſolùm, quam ad Cœlum traducit captivam captivitatem, quæ fuit ab inimico captivata; ſed Ovem ipſam humanæ naturæ humeris ſuis impoſitam, ingenti triumphans gaudio, obtulit, & dùm ipſe cæpit eſſe Divinitate præſentior, qui factus fuerat humanitate longinquior, conſedere nos fecit in cæleſtibus: Ipſa enim rapreſentatio ſui ex humana natura, quam in Cœlum invexit, eſt quædam, ait Angelicus, interpellatio pro nobis, ut, ex quo Pater naturam exaltavit in Chriſto, etiam eorum miſereatur, pro quibus Verbum eam aſſumpſit. Et verè tale Donum, quod obtulit Filius, Primitias nempè Humanitatis, miratus æternus Genitor, & quia tanta Dignitas offerrebat, & quia quod offerrebatur, nulla macula fœdabatur, ſuis ipſe manibus ſuſcepit, & ſedis ſuæ fecit eſſe participem: Illa, inquam, natura, quæ audivit: Terra es, hanc hodie Angeli, atquè Archangeli, in Sede Dominica immortali gloria fulgentem conſpiciunt, & amicti ſtolis albis, exaltatæ plaudunt Humanitati. Et meritò, inquit Auguſtinus, humanæ gratulandum naturæ, quæ ſi aſſumpta fuit à Verbo, ut immortalis conſtitueretur in Cœlo, hodie aſcendente Domino, fit hæc Terra ſublimis, & incorruptibilis pulvis ſedet ad Dexteram Patris; hodie ſtupenda novitate ſuper cæleſtes Thronos terrenum Corpus imponitur, Limus Carnis humanæ, qui Deum portaverat in Terra, ad Cœlum Deo ſublevante portatur,& in gremium Immortalitatis humana natura transfunditur. Celebremus itaquè hæc ſolemnia, imò illuc ſequamur Corde, quò Chriſtum credimus Corpore aſcendiſſe: hodiè Paradiſi Cives effecti.

S. Thom. par.3.q.57.6

S. Ephiſan. Serm. de Aſcenſ.

S. Aug. Serm. 2. de Aſcenſ.

Ad Epheſ.2.6

S. Thom. par.3.q.57.3

S.Io.Griſoſt, Serm. de Aſcenſ.

S. Aug. to.10.Ser.58 de Verb.Domini.

Idem Ser.178 de temp.

S.Gregor. homil.29. in Evang.

Super-

S. Leo PP. Serm. 1. de Aſcenſ. Superna penettremus in Chriſto; ſursùm vocatos animos terrena deſideria non deprimant, ſed quiſque proficiendo aſcendens; *S. Aug. in pſal. 126.* dùm naturam ſuam ad Divinitatis ſolium traductam, immortalem gloriatur in Chriſto, ſperet, ſe etiam futurum immortalem cum Chriſto. *Idem. To. 10. Serm. 58. de Verb. Dñi.*

LAUS DEO.

1.000423

Digitized by Google